

N. 76.

A. D. 1320

(13 agosto; Indiz. III)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Iohannes De Gavrarretto not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,39; larg. m. 0,41.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	A causa dei continui agguati e insidie, anche a mano armata, a cui si andava incontro dai cittadini barlettani ogni volta che si recavano a Trani, a Bisceglie, ad Andria e a Corato per svolgere le cause civili, i medesimi ricorrono al Giustiziere di terra di Bari, affinchè le cause si discutano in Barletta. Nel convegno di protesta intervengono 36 persone.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnacione domini nostri Ihesu Christi Millesimo Trecentesimo vicesimo. Regnante domino nostro Roberto *etc.* Regnorum suorum anno duodecimo Mense Augusti die Tercio decimo eiusdem Tercie Indictionis aput Barolum. Nos francus de Marra Regalis baroli Iudex, Iohannes de Gavrarretto puplicus eiusdem terre notarius et testes subscripti de eadem terra ad hoc vocati et Rogati, presenti puplico scripto notumfacimus et testamur atque fatemur, quod prescripto die in nostri presentia constituti. Iudex Iohannes de Maurone. Iudex Iohannes de Cantore, Iudex Iohannes Camberlingus, Iudex Bartholomeus de sire Marino, Henricus de Roma, Angelus Riccardi de Gattis, Nicolaus notarii Petri vicarius Comitum Minerbini, Francus notarii Guillelmi; Iacobus de lauretta, Angelus de alamagnis, Magister Angelus Argenterius de Marquisana, Matheus de Padula, Macziottus de lignola, Iohannectus de Comestabulo, Petrus Riccardi de dopna Marotta, Bartholomeus f. qd. domini Iohannis de sire umfredo Bonello, Iohannes de benedicto, Guillielmottus de Maroldo, Nicolaus de Alefanto, Iohannes frater Magistri Nicolai de Alamagnis; Dompnus Guillelmus Cantor, dompnus Nicolaus Cantor, Abbas bartholomeus de Luca Casserio, dompnus Angelus de Magistro Henrico falcone; dompnus Angelus de bona, dompnus Thomasius de sancta Maria Magdalena; dompnus Iohannes Monachus, dompnus Gervasius de sepulcro, dompnus Margantus, dompnus francus, dompnus Lucas de Naczaret, dompnus Rogerius, dompnus Nicolaus funucus; dompnus Angelus salczogno; dompnus paulus, dompnus Angelus de sancto Antonio, dompnus Iacobus de sancto salvatore, et dompnus Iohannes de eadem terra. Predicti vero Clerici consentientes in nos *etc.* asseruerunt Coram nobis se citatos esse per notarium Iohannem Mercualdum de Neapoli ad mandatum Nobilis et Egregii viri domini Filippi de sangineto Militis Regii Capitanei Generalis et Iustitierati Terre bari eidem notario Iohanni directum ad petitionem notarii Angeli de Botonto et notarii Bartholomei de Baro, procuratorum, notarii Angeli de flore, et aliorum de Barolo cum eo in actis Curie dicti domini Iustitiarii contentorum, ut tercio post citacionem ipsam per totum sextum decimum diem presentis mensis Augusti comparere deberent in iudicio, Coram eodem domino Capitaneo perhibitori testimonium veritatis in convencionem pene Trium Unciarum pro uno quoque ipsorum notarii Angeli, et aliorum cum eo in actis Curie supradicte, mota contra eos per Nicolaum de Nuceria procuratorem dicte Curie prout in actis dicte Curie